

*Ericus Ingevari, a priest from the diocese of Uppsala and the son of a priest and an unmarried woman, has earlier received a simple papal dispensation from illegitimacy. Through this dispensation he has been ordained and received an ecclesiastical office without the cure of souls in the church of Uppsala, the income of which is not enough to support him. He requests a de uberiori dispensation to receive and hold two ecclesiastical offices. The supplication is granted (by the cardinal penitentiary, Antonius, bishop of Porto e Santa Rufina<sup>2</sup>), but only once.*

Beatissime pater! Alias cum devoto vestro Eriko Ingevari presbytero Upsalensis diocesis, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, *obtinere posset*, extitit  
 5 auctoritate apostolica dispensatum, cuius dispensationis vigore ad omnes ordines rite est promotus et quoddam beneficium ecclesiasticum sine cura in ecclesia Upsalensi, cuius fructus etc. iiii marcharum argenti communi extimatione valorem annum non excedunt, de quibus comode sustentari non potest, canonice est assecutus. Quare supplica-  
 10 tur sanctitati vestre pro parte dicti Eriki, quatenus sibi uberiolem gratiam facientes, ut unum aliud beneficium obtentum unacum dicto beneficio, quod obtinet, libere recipere et licite retinere ipsaque beneficia, obtentum videlicet et obtinendum, ex causa permutationis vel alias simpliciter dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia  
 15 beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica similia vel dissimilia invicem compatiblea, etiam si alterum ipsorum curatus fuerit, libere recipere et licite retinere valeat, constitutionibus apostolicis non obstantibus quibuscumque *secum dispensare dignemini*. Fiat de speciali, ut petitur, semel etc.

1:23v

---

2 xiiii Kalendas Iulii *in marg. sin.; verba* Supplicationes signate per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Antonium episcopum Portuensem cardinalem Aquilegensem maiorem penitentiarium. Registrate per me Ia. de Parma in Bononia pontificatus domini Iohannis xxiii pape anno primo fol. 21r *leguntur*. | 2,1 vestro *ut vid.* | 2 Upsalensis] Usalensis *cod.* | 4 *obtinere posset om. cod.; cfr n. 1. | 7 etc]* *scil.* redditus et proventus; *cfr e.g. RPG V, n. 3747–3749; SDHK 3426, 15585. | 16 si] seu cod. | 18 secum ...dignemini addidi secundum n. 18, etc cod.*

---

2. Antonius de Cajetanis. Cf. *app. crit.*